

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0094

LOG Titel: XXXVII. Salix vulgaris, rubens

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

XXXVII. *Salix vulgaris rubens.*

A Matoribus inferiùs in folio viridi quædam elegantiorum erucarum iteratò exhibetur, hæc per univèrsùm corpus amæno viridi colore cum punctulis albicantibus, ac in quolibet membro albicante lineâ obliquâ mirè condecorata est, in postremo membro cornu gestat, à matronâ nobili mihi data fuit muneri, quæ præter hocce speculationis genus haud vulgari picturæ capiebatur amore; hæc eruca suam in crescendo perfectionem jam nacta fuerat, ut eam depingendi mihi vix aut ne vix quidem tempus concederetur, nam metamorphosi proxima deponebat exuvias, ac in aureliam immutabatur, ita transformata in subsequenti anni mensis Maii finem usque invariata permansit, extunc autem formosissima inde phalænula prodiit, cujus corpus, caput, alæque superiores fuscæ, albæ, flavæ, nigroque colore variatæ, sed inferiores ingentibus duobus oculis, quorum medium nigrum, circuloque rotundo circumdatum, superiùs etiam è lucido fusco, ac inferius roseo colore tinctum erat, exornatæ, ocellulis de cætero nigris, fuscis cornulis, ungviculisque constabat, hocce genus nec antea, nec postmodum amplius in conspectum mihi venit.

Superiùs folio viridi parvula è lucido viridis erucula lineis albis exornata insidet, cinereo admodum colore tincta, foliis falcis pascitur, ac aliqua folia contextit, in eis ut habitat, in fine Junii fuscam in aureliam immutabatur, post quatuordecim dies cinerea lineis albis exornata phalænula, in volando celerima, indè prodiit.

Anno 1690. in Frisîâ in principio Septembris erucam inveni, cuidam ramulo firmiter adhærentem à dorso propendentem, cui fusca, duraque doliola affixa fuerant, crepèbant etiam ex erucæ dorso acari, qui aliquot dierum spatio texturâ gossipio simili confectâ in ejusmodi doliola fusca immutabantur, erucâ extinctâ, ego doliola in sequenti anni vernum usque tempus asservavi, ubi parvulæ, quarum duæ hic appictæ indè muscæ prodierunt.